



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 116. Dissidia inter ipsos Confessionis Augustanæ Sectatores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

consensu damnandos esse, eoque facto Sæcul. XVI.  
longe minorem difficultatem in cæteris A.C. 1557.  
fore inquiebat.

Porro Catholicorum Deputati, qui in arenam cum hæreticis descendebant, erant Michael Marpurgensis Episcopus, Delphius Argentinensis Suffraganeus, Pater Canisius Jesuita, & Staphilus, præter duos Theologos Lovanienses. Ex Protestantibus advenerant Melanchton, utriusque junioris Principis Saxonici Ministri. Erasmus Sacerdos, Erardus Schnepfius, Victorinus Strigelius, Joannes Straffellus, & Joachimus Molinus unacum Brentio, & Pistorio, qui omnes numero duodecim erant.

### §. CXVI.

#### *Dissidia inter ipsos Confessionis Augustanæ Sectatores.*

Postmodum Protestantes exhibitis Prin- Thuan. l. c.  
cipum mandatis declarabant, quod Spond. n. 16.  
suæ fidei confessionem a ceterorum Sacchin. hist.  
erroribus sejungerent. Verum Me- Soc. l. I.  
lanchton contendebat, quod præcedere n. 100.  
debeat cognitio, ac explicatio, & Zvvin- Raynald. hoc  
gianos, ceterosque indicta caussa mini- ann. n. 31.  
me damnari oporteat. Burnet. l. c.

Nihilominus hæc opinionum dissensi-  
sio nondum præpediebat, quominus di-  
sputationi initium daretur, ubi mox ibi-  
dem de judicij Regula, cui standum ef-

N n 2 set,

Sæc. XVI.  
A.C. 1557.

set, agebatur, ac præprimis Catholici propugnabant, quod præter Sacrum Codicem etiam unanimis consensu Patrum primitivæ Ecclesiæ admitteretur. Protestantes econtra nonnisi scriptum Dei Verbum adduci postulabant: cum vero Catholici probe animadverterent, quod Lutherani circa ipsum peccatum, ut vocant, originale inter se discordarent, hinc illi rursus ab hisce hæreticis declarari postulabant, an Zwinglii Sectatores, omnesque antiquos, qui Confessionem Augustanam non amplectuntur, damnarent. Verum hac ipsa petitione adhuc magis dissensio inter Lutheri Discipulos accendebatur, adeo, ut colloquium omnino dissolueretur; cum enim jamjam Saxonie Principum Ministri a Melanchtone, Brentio, Bullingero, aliisque Augustanis Saxonie Electoris Praeconibus dissentirent, ac ceteros nondum auditos damnare nollent, hinc Melanchtonem, eidemque adhærentes maledicis scriptis infectabantur, eisdemque inter cetera exprobrabant, quod licet a Confessione Auguftana nullo pacto discedere se simularent, nihilominus ab ea sese alienos esse testarentur, eoque Sacramentorum hostes, Osiandristas, Adiaphoristas, ceterosque damnare recusarent, nec ab illis discreparent circa legem, Evangelium, justificati-



ficationem, pias actiones, Sacra-  
 menta, & rituum usum, cum tamen circa hos ar-  
 ticulos nullatenus concordem cum illis  
 sententiam fovere possent. Itaque ab  
 illo temporis articulo haud amplius ul-  
 la Catholicos inter, & Protestantes di-  
 sputatio inita est, eo quod Ferdinandus  
 quietis studiosus ejusmodi altercationi-  
 bus novos tumultus concitari pertine-  
 sceret.

Sœcul. XVI.  
 A.C. 1557.

### §. CXVII.

*Pontifex ob hoc colloquium ira com-  
 motus.*

Cum hoc colloquium non prius con-  
 fulta Sacra Sede esset indictum, *Pallav. l. 14.*  
*c. 6. n. 2. § 4.*  
 Summus Pontifex Paulus IV. exinde *Vitæ rel. in*  
 haud parum concitatus videbatur, eo *add. ad Ciac.*  
 potissimum nomine, quod Ferdinandus *in vita Pauli*  
*IV.*  
 concordiam nuper cum Protestantibus  
 initam in comitiis Augustanis ratam  
 habuisset: eapropter Papa suam indi-  
 gnationem Philippo Regi, quocum pri-  
 stinam redintegrabat amicitiam, testa-  
 tam fecerat: Rex vero ea de re missio  
 quodam pio, ac docto Monacho Roma-  
 norum Regem Patrum suum certiorem  
 reddebat: insuper Delphinus Papæ Nun-  
 tius hac super re coram Ecclesiasticis,  
 qui huic colloquio intererant, quere-  
 batur. Attamen hi eidem in responsis  
 dabant, quod hoc colloquium consen-  
 tiente

N n 3